



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Repr[a]esentationes secretae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 1 Reliquiae SS. de licentia Episc. Prou. 4.
- 2 In priuatis ædibus, aut apud laicos ne habeantur. *ibid.*
- 3 Neque tangantur à laicis, neque per eos tractentur. *ibid.*

Representationes sacrae.

- 1 Prohibentur fieri in Ecclesijs. DD. apud Bartbos. *alleg. 24. num. 25.*
- 2 Passio Salvatoris nullibi agatur. *Pro. 1.*
- 3 Neque Sanctorum martyria, actiones ve, nisi de licentia Episcopi. *ibid.*

Residentia.

Vide supra: Canonorum Residentia, & Parochorum residentia.

- 1 Ad residentiam cogi possunt ab Episcopo superiores Ecclesiarum Collegiarum, licet habeant iurisdictionem in canonicos. decizum refert Gatz. *par. 3. cap. 2. num. 181.*
- 2 Sine consensu Ordinarij nulla valet dispensatio Apostolica non residendi, etiam ratione studij. *Pius IV. An. 1564.*
- 3 Non residentium ultimæ voluntates annullantur, quacumque auctoritate sufficiat. *Idem ibid.*
- 4 Alia pœna non residentium habentur apud Sylu. *V. Residentia. quest. 5.*
- 5 Potest Episcopus applicare fructus non residentium fabricæ Ecclesia Parochialis, etiam si non indigeat, quæ potest in dies indigere. decizum refert Gatz *par. 3. cap. 2. num. 31.*

A D D I T I O.

- 1 Teneatur Episcopus residere, licet habeat coadiutorem. *Cong. Episc. 7. Sept. 1619.*

Restitutio incertorum.

- 1 Potest Episcopus præcipere confessarijs, ne ablique consilio suo restitutores absoluant, aut distribuant. *Nauarr. in M. an. cap. 17. num. 92.*
- 2 Est facienda pauperibus, non pauperioribus, vel melioribus, nisi de consilio. *Idem ibid. num. 95.*

- 3 Non tamen potest Episcopus restituere sibi absolute restitutionem incertorum. *Cong. Episc. 14. Janij 1619.*
V. sive. num. 20.

Sacramenta.

- 1 IN ministrandis Sacramentis adhibetur superpelliceum cum stola. *Pro. 1.*
- 2 Laici, qui recipiunt Sacramenta, deponant arma. *Prou. 3.*
- 3 Et ij item, qui sunt compatres in baptismo, & confirmatione. *ibid.*
- 4 Pro Sacrementorum administracione, nihil potest accipi hoc titulo, etiam à sponte dantibus. *Quod offertur sponte pro Eleemosyna, accipi potest. Congreg. Conc. 1. Febr. 1593.*
V. interdictum. num. 21. 28. & seqq. Regularium iura sub Episcops. num. 22. Simonia. num. 12. 13. V. sive. num. 13.

Sal.

- 1 SAL ex exterum in terris Ecclesiae mediate, vel immediata, subiectis non potest emi. *Gregor. XIII. apud Nald. Emptio num. 17.*

Scriptura Sacra.

- 1 Scrorum librorum editio vulgata in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus authentica habeatur. *Trid. seqq. 4.*
- 2 Puniantur ab Ordinarij, qui sacra Scripturam ad suos sensus contorquent, contra sensum S. Matris Ecclesiae, & unanimem Patrum consensum. *Idem ib.*
- 3 Ne eiusdem verba usurpentur ad irruentiam, & contemptum, ad scurriliā, vanā, adulaciones, detractiones, superstitiones, incatationes, diuinationes, fortes, libellos famosos, sub pœnis iuris, & arbitrij Episcoporum. *Idem ibid.*
- 4 Biblia vulgari lingua edita nō possunt legi, neque retinerti, neque Episcopi, neque Inquisidores, neq; Regularium superiores dare queunt licentiam Clemen. VIII. in indice lib. prohib.
- 5 Compendia historica Bibliorū, seu librorum sacræ Scripturæ, vulgari idiomate scripta, codem modo prohibentur. *Idem ibid.*

6 Ver-